Quelle: https://manuscripta.at/?ID=109
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tentabatur intolerabilis tumore doloris
celestis dampnauit iusticia. usq; adeo ut to
tum pene anulū turgēs pustula sup accre
scente carne contegeret. Ita uidelicet. ut anu
lus ferro secari nō possz. sine digiti detrimē
to. Cumq; ad hanc uim mali conpescēdā.
accersitorum medicorum remedia desperarēt
neq; ullo modo passionis efficacitas tol
lerari possz ad diuini iuuaminis recur
ritur auxiliū. Deducitur g' debilis mulier
ad sacrum scē mr̄is manseolum. Ibi cum
geminas noctes cōtinue excubassz tercia
que fuit dn̄ica ita uis doloris seuior do
lentē uexauit. ut uociferate femine mi
serrima uox ptotū noctis spaciū n̄ ces
saret. Postremo u̅ cum iam monachi
matutinarum laudū intonarent preconia
ab altithrona. sūme maiestatis sede be
nigne conpassionis uisitacio condescēdit.
nō passa diucius in humana carne. tā
grues penarum deseuire cruces. nec lacri
mas penitentis usq; ad desperacōnē pue
nire. Nam cum forte luctuosa matrona
nares emunxissz. anulus īmolata digi
torum salutē. tamq; ualidissima arcitus.
balista. crepitum longe pauimēto dedit
Et ideo cum ingenti gaudij tripudio dies